



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum
Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

Puente, Luis de la

Coloniae, 1614

Med. 15. De potestate Apostolis à Christo communicata ad faciendum
quod ipse fecerat; & quam hodieq; habent Sacerdotes ad consecrandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54653)

MEDITATIO XV.

DE POTESTATE, QUAM
Christus Dominus dedit Apostolis,
ut facerent idem, quod ipse fecerat,
& quam nunc etiam habent Sacer-
dotes, ad consecrandum & offe-
rendum corporis & san-
guinis Christi sa-
crificium.

PUNCTVM I.



ONSIDERANDVM est S Thom 3.
primo, Christū Dominum p. q. 81. a. 1.
nostrum, postquam hoc Sa- & in Addi.
cramentum instituit, di 110. 4.
xisse Apostolis suis; a hoc a Luc. 22. 19.
facite in meam commemo- a 1. Cor. 11.
rationem. Ex quibus verbis 24.

statim constat, dedisse illis potestatem idem fa-
ciendi, quod ipse fecerat, conuertendi videli-
cet panem in corpus ipsius, & vinum in san-
guinem eius, præcipiens tam ipsis, quàm Sa-
cerdotibus, eis in dignitate sacerdotali suc-
cessuris, ut hoc ipsum facerent eo modo, quo
ipse fecit.

CIRCA hoc adeo beneuolum mandatum,
in primis considerabo infinitam Christi Do-

I.

mini

mini Charitatem, qua non Angelis cœli, sed hominibus in terra degentibus dederit potestatem, supra verum ipsius Corpus & Sanguinem; ut illi, inquam, ipsius nomine & eius personam gerentes, verissimè dicere possint, super panem: **HOC EST CORPUS MEVM;** & virtute horum verborum, conuerrere panem in corpus ipsius Christi, sicut ipsemet Christus conuertit, tanta miraculorum multitudine, ut excedant illa, quibus cæcis visus, ægrotantibus sanitas, ac mortuis vita fuit data. O amantissime IESU, quid amplius facere potuisti, quam feceris pro hominibus, talem illis tribuens potestatem, quæ omnem Angelorum dignitatem, excedat? *b minima: sti eos paulo minus ab angelis, quos tamen constituit: super opera manuarum.* Et nunc amplius eos exaltas, potestatem illis concedens, ut Corpus & Sanguinem tuum è cœlo ad manus suas proprias deducât. Omnes tuæ creaturæ, te Domine, ob tantum beneficium benedicât; & anima mea, cum suis omnibus potentijs, ut tuis laudibus nunquam desistat. Amen.

b Psal. 86.

I I.

SED est quod ultra in liberalitate infinita diuini huius Domini perpendatur: ut qui noluerit hanc potestatem, ad certum numerum personarum, locum, aut tempora certa, limitare; quod omnibus liceret, sanctissimi huius Sacramenti fructu copiosè frui. Potuisset statuere, ne in toto mundo, nisi vnus esset Sacerdos, aut vnus in singulis prouincijs, aut in singulis ciuitatibus; aut ne Sacerdotes, corpus

eius

eius & sanguinem consecrare possent, nisi ipsi valde essent Sancti; aut quod hoc Sacramentum, sicut *c Agnus ille Paschalis*, non nisi in designato aliquo loco, & semel tantum in anno consecraretur. Sed eius liberalitas, his terminis & limitibus noluit contineri; sed plenam dedit facultatem, ut plurimi essent Sacerdotes, qui, et si improbi, omni tamen tempore, & loco, quotidie in singulis templis, & cuiusvis etiam pagi Oratorijs, hoc sacramentum conficerent. O Saluatoris nostri immensam liberalitatem! nunquid Domine nostram conditionem ignoras? qua, nisi quod preciosum est, sit etiam rarum, statim illud parvi facimus? cur igitur tot vis esse Sacerdotes, cum plena potestate, adeo frequenter, venerandum hoc Sacramentum celebrādi? Sed amor tuus sine modo est, & mensura; qui, ut bonis beneque tuis donis ventibus beneficiat, dissimulat, ac sustinet, quod multi mali, eadem dona parvifaciant. Utinam oēs sine modo & nē iura, in tuis obsequiis liberales & prodigi essemus; siquidem sine modo & mensura, tua nobis dona a deo indulgenter communicas.

Exod. 12.
46.

Sed multo adhuc plus est perpendendum, in hac infinita humilitate & obedientia, quam ostendit IESVS Christus Dominus noster, ad vocem cuiusvis Sacerdotis: nam ex hoc nunc obstrinxit se, vsque ad mundi finem, desisturum ad vocem Sacerdotis sine ulla mora, quando ille consecraret, in quocunque loco, & tempore id faceret: &

III.

quam

d Ios. 10.
14.

quamuis impius ille esset, & peruersa intentione, ad illum verbi gratia conculcandum, aut in ignem proiiciendum, consecraret: omnia hæc tolerans in gratiam & in bonum electorum. O immensum charitatis Christi pelagus, fieri ne potest, vt ipse d *DEVS voci hominis obediatur*, & non sancti alicuius, vt erat Iosue, sed etiam peruersi sicut Iudas? & se tractari finat: à manibus sanguinarius, seque tot ac tantis abiectionibus subiicit. O Domine, quam generis addictum animum humilitati & obedientiæ, qui adeo illustre vtriusque exemplum nobis quotidie exhibes. Ex quo discam obedere Prælati, in omnibus licitis, quæ iniunxerint: etiamsi improbi illi sint, & peruersam habeant intentionem: eorum, inquam, iussis obtemperabo ad nutum, promptè, & constanter vsque ad mortem; non desistens ab obedientia: sicut non desistit Christus implere, quod semel se facturum promisit.

PUNCTVM II.

CONSIDERABO deinde, Christum Dominum, eisdem illis verbis mandasse Apostolis, & Ecclesiæ suæ sanctæ Sacerdotibus, offerre hoc sacrificium corporis & sanguinis sui, quod ipse sub accidētibus panis & vini instituit, loco sacrificiorum antiquæ legis, perpendenda etiam est, sacrificij huius excellentia, & bona, quæ ex eo nobis proueniunt.

I. PRIMVM, Sacrificium est oblatio, quam homo

homo facit Deo, rei alicuius ipsi gratæ, ut illum reueretur & colat, in signum infinitæ eius excellentiæ & maiestatis. Quid autem æterno Patri offerri potest, quod magis sit pretiosum, magisq; illi placeat, quam ipsiusmet filius, qui verus est Deus & homo, de quo ipse dixit, *a hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui.* O quantum tibi debemus, Saluator mundi, quod nobis in Sacramento & Sacrificio, dederis rem pretiosissimam, quam poteras nobis dare, te metipsum videlicet; & ne oblatio, etiam si pretiosa, reiiceretur, cõ quod esset improbus, qui illam offerret; tu ipse principalis esse voluisti, qui illam offerres, sicut b *Sacerdos æternus secundum ordinem Melchisedec: offerens panem hunc, & vinum cœleste, manibus sacerdotum terrenorum.*

a Matt. 3. 17

b Psal. 109 4
Hebr. 7. 17.

II.

DEINDE perpendam, Sacrificiũ hoc eminenter esse causam trium effectũ, in quos diriguntur Sacrificia, in satisfactiõne videlicet nostrorum peccatorum; in gratiarum actione, ob accepta beneficia; & ad impetrandũ ab eo bona, quæ cupimus, temporalia vel æterna. Propter hos fines interesse debeo Sacro; aut illud celebrare: extendendo, quãtum fieri poterit, fiducia vela: Sufficiens enim ad hæc omnia est in eo fundamentum, ut confidam, per ipsum placari iram æterni Patris; & meorum peccatorum debita eidem reddi; ac virtutes & dona, quæ petiuero, impetrari: Charitate vero, hoc totũ extendam ad bonũ proximorum, siue viuentium, siue vita functorum, qui sunt

IV. Part. Medit.

N

in Pur-

in Purgatorio: quia omnibus prodesse potest. Quò verò magis fiduciam meam excitem, mihi ipsi dicā: quæ a deo grauiā sunt peccata, quorum remissio non impetretur, diuino hoc corporis & sanguinis Sacrificio, quod ipse in arce crucis pro omnibus peccatoribus obtulit? Quæ item pœnæ, grauioribus nostris culpis debita, non hac solutione soluentur, si quas Christus Dominus ad earum satisfactionē obtulit, offerantur? Et quæ deniq; bona à Deo peti possunt, quæ non impetrentur hac media oblatione, in qua sibi summe complacuit? O Pater æterne, si a deo tibi grata fuit innocentis Abelis oblatio, quem inuidia fratris eius Cain occidit; multò magis placebit oblatio innocentissimi filij tui IESU, quem fratris sui populi, scilicet Hebræi, occidit inuidia; qui vitam suam obtulit, ut mortem suam nobis adferret! Accepta, ò Pater benignissime, hoc sacrificium in remissionē meorum peccatorum; accepta item in gratiarum actionem, propter innumera beneficia, quæ à munificentissima tua manu accepi; & propter illud supplico dari mihi hic copiosam gratiam, & postea æternam vitam. Amen.

PUNCTVM III.

I.

CONSIDERANDVM hic etiam, in eisdem verbis commississe Christum Dominum nostrum hæc fieri *in memoriam* sui, præcipuè autem suæ passionis & mortis: perpendam autem, Christum duplex sacrificium nostri causâ obtulisse: Alterum cruentum in

cruce

cruce, alterum in cruentum in ipsa cœna: & hoc voluit esse in alterius memoriam: vt hinc dicamus, quanti ipse faciat, sui, passionisque huius sacratissimæ memoriam, recentem apud nos esse, ob cõnodum, quod ex ea nobis prouenit: siquidem hanc ob causam hoc sacrificium & sacramentum instituit, vt ipse in eo apud nos manens, hanc memoriam in nobis excitaret, & permoueret ad exercendos tres actus gratitudinis, recognoscere videlicet & magnificere ipsum beneficium; laudare ipsum benefactorem; & aliquo dei obsequium exhibere.

Ad hæc est pendendum, quoties DEVS Dominus noster in signe aliquod beneficium, suo populo cõferat, statuisse aliquid faciendum in gratiarum actionem, cõ quod plurimum nostrã referat, gratos nos illi pro acceptis exhibere, quod nos, ad noua alia recipienda disponamus. Et quoniam pro hoc Passionis eius beneficio, ac cæteris donis, quæ ab eo nobis proueniunt, non poterant homines se satis gratos exhibere; voluit ipse hunc nostrum defectum supplere, seipsum faciens nostram oblationem, vt eam ipsimet pro collatis in nos donis offerremus. Et quoniam ipsamet oblatio est nouum quoddam beneficium, non est aliud medium, quo pro eo nos gratos exhibeamus, nisi eadem memoriã munificẽ & liberaliter illud frequentare, procurando assistere quotidie venerando huic sacrificio; & spiritu liter diuinum hoc sacramentum accipere; & suis etiam temporibus sacramentaliter,

II.

1. Part. Me
ditat. 33
34.

N 3 sicut

sicut alibi diximus. O dulcissime Saluator, si quidem ad hoc nobiscum manere voluisti, ut nostram memoriam excitares, concede mihi tui semper esse memorem, sicut tu mei memorfuisti: ut semper te laudem ob innumera, quae mihi contulisti beneficia. Amen.

III.

ULTIMÒ perpendam, Christum Dominum nostrum, etiam velle, ut celebremus hoc mysterium, in memoriam heroicarum virtutum, quas tum in vita sua, tum in morte ipse exequit, quarum venerandū hoc Sacramentum est viuum quoddam exemplar: nam, ut ipse venit in mundum non solum ut nos redimeret, sed etiam ut virtutum exempla, quae sequeremur, praeberet; ita descendit ad hoc sacramentum non solum, ut nos sanctificet; sed etiam ut eadem exempla renouet, quae, quod sunt praesentia & continuata, efficacius nos mouent ad imitationem. Licet itaque imaginari, eum in de nobis haec dicere: a *Exemplum dedi vobis, quemadmodum ego feci vobis, ita & vos facite*: b *discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*. Haec virtutes sunt Charitas, Misericordia, Liberalitas, Humilitas, Patientia, Modestitudo, & Obedientia prompta ad nutum, & cum perseverantia, in his omnibus usque ad finem mundi, sicut in hac ipsa Meditatione & praeteritis diximus; in sexta vero Parte futuri etiam haec dicentur, ad explicandum quidquid pertinet ad supremum hoc beneficium. Imitatio harum virtutum debet esse potissimus fructus, quem ex his meditationibus eliciamus.

a Ioan. 13. 15

b Matt. 11.
29.Meditat. 11.
¶ 13.

ciamus, supplicantes Domino nostro, ut sit
nobis auxilio, ad eas res ipsa exequendas. O
Deus virtutum, qui memoriam fecisti mirabi-
lium tuorum, dans te ipsum escam timentibus
te, concede mihi ita hæc mysteria meditari
& recipere, ut clarissima tua imiter exempla.
Amen.

MEDITATIO XVI.

CHRISTVS IN COENA
dixit Apostolis, quia vnus vestrum
me traditurus est; & Iudas, ad
id scelus perpetrandum,
exiuit ab eis.

PVNCTVM I.



ISCUMBENTE IESV ^a Matt. 26.
cū duodecim discipulis suis, 21.
& edentibus illis, ^b turbatus ^b Ioan. 13.
est spiritu, & magno sensu 21.
protestatus est, & dixit: Amen
amen dico vobis, quia vnus
ex vobis ^c qui manducat mecum & a intingit ^c Luc. 22. 21.
mecum manum in paropside, tradet me. Et d ^d Marc. 14.
a ^d 18.
filius quidem hominis vadit, ut moriatur; sic-
ut scriptum est de illo: ^a autem homini illi, per
quem filius hominis traditur: bonum erat ei, si
natus non fuisset homo ille.